

MARCVS BARBADICVS


D U X LXXII.

*Electus Anno 1485. eodem obiit Anno; cum praeuisset
Mens. ix. etatis suae 72.*

MONIMENTVM ANTIQVVM.

*Servavi morbo patriam, belloque, fameque
Iustitiam colui, plus dare non potui.*

LXXIII



Clara pietas, O' rara Imperii ac Sacerdotii concordia!
ò foelix sæculum; quādo idem hominum, Phœbique
Sacerdos . Redit Respublica ad sæculum Aureum
creatione in Principem, Marci Barbadici, cujus in-
nocentiā vincti Thraces gratulatorem cum mune-
ribus miserunt in urbem. Natura ipsa gestire visa, rerum omnium
ubertate & copiā. Adiecit ipse de suo Iustitiam, cuius voto semel in
hebdomadā, litigantium nomina extrahebat sorte, ne cultum pau-
peris secerneret à potentibus . Primus hic Principū, qui spectante po-
pulo diadema suscepit. Domi plura bella gessit, nullum civile, sed in
scelera incivilia. Eo sedente exuflata potius quā erecta Græco mar-
more Palatina moles, cujus in ornatum Alpes enata vere Numidia.

Alver